

numer. 10. Codic. de fideicommissis.
Ceterum ab hac Bar. & Ruini interpretatione dissen-
tiant Bald. in d.l. ult. col. 1. & ibid. Salic. col. 2. in fin. vers.
& tunc insurgit. Et rectius quidem hos sensisse existimo.
Ille enim sensus a Bald. tam acutè consideratus, si rectè
perpendatur, optinè convenit.
Sextus est casus, quâdo in donatione facta est mentio
9 patris, & filij, vt superiore casu, sed t merita aliqua pa-
tris præcesserunt, cum tamen nulla extent filij. Hoc ca-
su præsumitur donatum patris contemplatione. Ita Bal.
in l. cum oportet. in princ. num. 4. C. de bonis quæ liber-
quem secuti sunt multi à me congesti in conf. 161. num.
31. lib. 2. Nec dissentit Corasius in d.l. frater à fratre, in
1. parte, numer. 62. ff. de condic. indeb. etsi dixerit illam
Bart. traditionem perfectam non esse. Hinc colligitur,
q si filio adhuc infanti, vel impuberi, cuius nulla extare
potuisse merita verisimile sit donatum fuerit, nō ipsius
filij, sed patris contemplatione donatum præsumitur.
Ita respondi in conf. 81. num. 51. lib. 1. ex sententia Ale-
in conf. 8. numer. 10. lib. 3. eiusdem sententia addo nunc
eundem Alex. in conf. 89. num. 6. vers. præterea. lib. 4. &
in conf. 138. num. 2. lib. 5. Ruinum in conf. 123. num. 9.
in fi. lib. 1. Socin. sen. in conf. 72. n. 11. lib. 3. & Socin. iu-
niorem in conf. 31. nu. 110. lib. 1. qui de eadem facti spe-
cie, de qua ego in conf. 81. idem respondit. sic etiam ego
iple respondi in conf. 161. num. 31. lib. 2. Idem dicendū
est, quando donatum fuit filio nascituro ex Sempronio.
Nam & tunc præsumitur donatum contemplatione ip-
sius Sempronij patris, cum non modò nulla, non nati fil-
lij merita, verum etiam nulla in eum affectio donantis
considerari possit, iuxta l. qui filia. de leg. 1. Ita in spe-
cie respondi Bart. in conf. 131. Primò arguitur. lib. 1. &
alios commemorat Alciat. in tract. de præsumptionibus
reg. 1. præsump. 17. nu. 2. & alios plures congesti in con-
f. 151. num. 1. lib. 2. Idem è conuerso dicendum est, qn
10 filij t extant merita, & nulla patris, vel filius dilectus ali-
quam ob causam, pater verò non. Nam tunc præsumitur
donatum contemplatione ipsius filij, sicuti sentiunt præ-
cipuè Doctores, & eadem suadet ratio.
Septimus est casus, quando in donatione facta fuit
11 mentio patris, & filij, vt supra, sed donator t erat sumus
amicus patris: alij verò vix de facie cognoscebat. Hoc
etiam casu præsumitur donatum contemplatione ipsius
patris amici. Ita Cast. in d.l. cum oportet. in prin. Co. de
bonis quæ liberis. Imola in d.l. si filiofam. la. 2. nume. 2.
ff. de don. causa mortis. Salic. in l. ult. col. 2. vers. ideo il-
lud membrum. C. de usufructu. & Corasius in d.l. frater
à fratre. in 1. par. num. 64. in fi. ff. de cond. indeb. Et moti
sunt tex. ca. 1. requisisti. de testam. Et idem dicendum est
12 è contra, quando t filius erat amicus donatoris, pater
verò vix ab illo cognitus.
Octauus est casus, qn in donatione facta fuit mentio
13 patris, & filij, vt supra, sed filius t erat magis cōiunctus
illi donatori, quam ipse pater, vt puta, si locer donasset
genero suo, vel simili casu. Nam tunc præsumitur dona-
tum contemplatione filij magis coniuncti. Ita respondi
in conf. 151. n. 2. lib. 2. & ibi, n. 16. declarauit.
14 Nonus est casus, quâdo t donatū fuit simul patri, &
filijs, sicuti quando Princeps donauit Castrū, vel feudū
patri pro se, & filijs, sed patris tantum extant benemer-
ita erga ipsum Principem. Hoc in casu idem est dicendū,
quod in sexto casu dictum fuit, nempe præsumi donatū
t filijs, contemplatione ipsius patris. Ita in specie scrip-
serunt Isernia, Afflicus, Barbatia, & Perna, quos secu-
tus sum in conf. 261. nu. 37. & 38. lib. 2. Ex quo inferitur,
quod poterit pater alienare hoc feudum in præiudiciū
filiorum, sicuti præcipuè Doctores tradūt. Et multo ma-
gis poterit pater vni filiorum prælegare, iuxta opinio-
nem Iserniae in c. 1. §. si libellum, num. 10. & 12. de alien-
feudi paterni. & aliorum quos retuli, & secutus sum in

d. conf. 161. num. 26. vers. nunc superest.
Decimus est casus, quando donatum fuit simul patri
& filijs, sicuti quando princeps donauit patri, & filijs ca-
strum, vel feudum, & extant benemerita t tam filiorum
quam patris. Hoc sanè casu præsumitur donatum tã cõ-
templatione, & intuitu filiorum, quam patris. Ita affir-
marunt Isernia, Ang. Soc. sen. Afflicus, & Loffred. quos se-
cutus sum in d. conf. 161. nu. 31. Ex quo inferitur, q non
potest pater hoc in casu alienare hoc feudū in præiudi-
cium filiorum, vel vni eorum totum prælegare. Ita res-
pondi in d. conf. 161. n. 11. & 12. vbi multorum auctori-
tate, & ratione comprobauit.
Vndecimus est casus, quando donatum fuit patri, &
16 filijs simul, vt superiore casu, & t nullius eorum extant
benemerita singularia, quibus moueri poterit ad don-
andum, sed causa tãtum extitit communis, & spãlis, vt
si donauit castrum, vel domum patri, & filijs, vt in eorū
familia conseruetur. Hoc sanè casu præsumitur donatū
tam contemplatione filiorum, quam patris. Ita respondi
auctori tate multorum in conf. 151. nu. 13. & nu. 15. & in
conf. 161. nu. 33. & nu. 36. lib. 2. Ex quo inferitur, q nec
hoc casu pot pater in præiudiciū ipsorū filiorū alienare
vel vni eorum prælegare. Ita intelligi, & declarari pos-
sunt illi multi Doctores, quos recensui, & secutus sum
in d. conf. 161. num. 15. Et ex prædictis dissolui potest il-
la quæstio, quam aliquâdo euenisse scripsit Bal. in l. non
plures. nu. 3. vers. & semel. C. de sac. eccl. & quæ cõmen-
dat èt la. in l. cum aliquis, nu. 2. Co. de iure deliber. con-
cessum fuit priuilegiū patri, vt ipse, & eius filij esse pos-
sent consiliarij, reuocatum fuit priuilegium patris, du-
bitatum fuit, an diceretur, reuocatum priuilegium filio-
rum? Inquit Bald. cõfensi reuocatum, ex quo priuilegiū
concessum filijs, erat potius patris. Rectius dicendum
est ex prædictis, quod aut aderant merita patris, & tunc
priuilegium filiorum pendebat ab illo patris, aut erant
pares oēs, & tunc non poterat dici reuocatum, quia ita
principaliter filijs, ac ipsi patri fuerat concessum.
17 Duodecimus, & vltimus est casus, quâdo donatio t fa-
cta fuit simpliciter filio, & nulla filij, vel patris extant
benemerita, nullaque singularis affectio, vel alia causa,
qua conijci possit, quod donator plus vni, quam alteri
donare voluerit, atque ita verè sumus in dubio. Hoc sanè
in casu præsumitur donantem sola cõtemplatione, &
intuitu filij. Ita verè senserunt Bar. in d. l. si filiofam. la.
2. nu. 1. vers. si verò pot queri. ff. de don. cã mortis, & in
l. ult. nu. 3. C. de usufructu, & ibid. gl. ult. & Bald. nu. 6. in
fine, idem affirmarunt Salic. col. 2. vers. contra hanc. sic
et ipse Bart. in l. cum aliquis. nu. 3. C. de iure deliber. &
ibid. Castren. num. 2. & Salicet. col. 2. Imol. in d. l. si filio-
fam. la. 2. num. 2. & 3. Soc. sen. in conf. 72. num. 11. vers. sic,
sed prædictis non obstantibus. lib. 3. idem sensit Ruin. in
conf. 194. nu. 1. lib. 2. & in conf. 24. n. 2. lib. 5. Idem scrip-
serunt Corasius in l. frater à fratre. in 1. part. n. 62. vers.
altera doctrina. ff. de condic. indeb. & Antoninus Padil-
la in l. quamuis, n. 6. de fideic.
Et his accedit Bald. in l. vltim. nu. 5. C. quib. ad liber-
proclā. non licet. cum scripsit, donatum, vel legatum ali-
cui, præsumi contemplatione, & intuitu eius personæ,
& non alterius.
Nec hoc in casu repugnat illa simplex commemora-
tio patris, quia illa dicitur facta causa demonstrationis.
sicuti præcipuè Dd. scribunt, præsertim Bar. & Soc. in d.
l. filiofam. ff. de condit. & demonst.
Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando
18 donatum fuit filio id t ad quod eius pater tenebatur, si-
cuti quando auns donauit dotem nepci ex filio. Nam
tunc contemplatione ipsius filij dicitur donasse ita An-
ton. Gabriel. lib. 3. conclusio num. in tit. de iure dotium.
concl. 5. num. 2. Qua de re abundè differuimus supra in
præsumpt...

Donatio inter patrem, & filium, an & quando consi-
stat, & præsumatur, vel ob filij benemerita, vel
alij ex causis, copiosa, & dili-
gens explanatio?
S V M M A R I V M.
1 Donatio inter patrem, & filium iure non consistit.
2 Profectiuum est, donatum à patre filio, eique per filium acqui-
ritur.
3 Filius iuris civilis fictione, censetur pars corporis patris.
4 Donatio facta filio à patre ob benemerita vtrum consistat, &
num. 5.
6 Donatio inter coniuges matrimonio constante cur prohibita, &
num. 7.
8 Donatio est vtilissimum benevolentia signum.
9 Donatio remuneratoria est accepti beneficii merces.
10 Benemerita filij erga patrem, nulla posse considerari, quæ mer-
cede digna sint. n. 12.
11 Donationem factā à milite concubina, ob benemerita cõsistere
13 Merita que dicantur.
14 Filius omnia patri debet.
Obsequium, & reuerentiam iure diuino. n. 15.
Alimenta iure gentium, vel natura. n. 16.
Et omnia alia quibus patris vita sustinetur, & defenditur. nu-
mero 17.
Secus si faxit, ex heredari permituntur leges ciuiles. n. 18.
Mortem oppetere debet pro patre, necessitate urgente, secundū
Ciceronem. n. 19.
Omnia quæ ab homine homini præstari possunt, secundum Pla-
tonem, & Aristotlem. n. 20.
21 Benemerita filij, vt ob ea donatio à patre facta consistat, qua-
lia esse debeant.
22 Permissum ob causam, censetur quatenus ea tæget, & non vl-
tra permissum.
23 Limitata cause limitatus effectus.
24 Benemeritorum filij, sola patris assertio, donationem consistere
non facit.
Et quæ sit ratio num. 25.
26 Testator, cui legare nō potest, si vt debitum relinquere se asse-
rat, alio modo id probandum est.
27 Clerici assertioni de benemeritis concubina, non adhibetur fi-
des.
28 Præiudicium alienanti bona ecclesie non creditur, si ob usum id se
causam facere asserat.
Vt fecisse se præcedentibus requisitis. n. 29.
Aut si asserat se infundare castrum alicuius, pro vt ipsius ante-
cessores tenuerunt. n. 30.
31 Benemerita filij præcessisse si adsent coniectura, creditur patris
assertioni.
32 Maritus fundum emens nomine uxoris absentis, si asserat pre-
cium sibi ab ea traditum, quando creditur.
Et quid in patre emente nomine filij. n. 33.
34 Marito donanti uxori ob benemerita, accedentibus coniecturis
credi.
35 Dotem concessam, verè dotis priuilegia non habere.
36 Ecclesia non obligatur ex mutuo, nisi probetur numeratum, &
in eius utilitatem conuersum.
37 Præiudicium afferenti pecuniam in ecclesia vtilitatem conuersam,
coniecturis accedentibus credi.
38 Episcopo afferenti se ob benemerita donare alicui, ob aliquas cõ-
iecturas credi.
39 Patris assertioni iustā se de causa filium exheredasse, quando
creditur.
Idem si minus vni, quam aliis relinquat. n. 40.
41 Donans pater filio, nulla causa expressa, si extent filij beneme-
rita, ob eadem donare præsumitur. Reiecta opinione Baldi
num. 46.
Idem si dicat, dono filio meo dilecto, ob amorem, & beneuolen-
tiam, qua eum prosequor, & ob benemerita illius. num. 55.

42 Frater institutus à fratre commilitone, militia potius quam fra-
ternitatis causa, censetur institutus.
43 Affectio conuersatione assidua augetur.
44 Miles anni viginti minor, ob iustam causam manumittere po-
test.
45 Affectus dubius interpretationem recipit, vt valeat potius, quā
pereat.
47 Legatum factum præiudicium consanguineo, nō contemplatione Ec-
clesie, sed consanguinitatis ratione factum præsumi.
48 Causa naturalis in concursu cum accidentali præualet.
49 Causa, & qualitas potentior præualet.
50 Causa potentior est, quæ actum facit valere.
Item quæ benignior est. num. 51.
Item quæ prodest, non quæ nocet. n. 52.
53 Excommunicatus quando possit esse in iudicio.
54 Causa specialis, generali est potentior.
56 Causis duabus concurrentibus quarū vna nocet, altera prodest,
illa quæ nocet, præualet. Alia tamen refertur opinio. nu. 59.
57 Seruus communis stipulatus aliquid dominis suis, quomodo ip-
sis acquiratur.
58 Dispositio quæ secundum vnum modum valere potest, secun-
dum alium non eo quo potest modo consistit.
59 Causa, quæ vel nocet, vel prodest, pro subiecta materia, & va-
rietate rationum, interdum præualet.
60 Delinquere aliquem lex non præsumit, si palam præsertim actū
faciat.
61 Eligere modum, quo dispositio sua subuertatur, nemo præsumi-
tur.
62 Dispositionum vna permittente, altera prohibente, præualet pro-
hibens. Nisi permissua sit potentior. n. 64.
63 Donatio facta filio simpliciter, est præter legem, non contra eā.
65 Stipulatio patris pro filio tanquam benemerito, vtrum valeat.
66 Donatio patris facta filio morte donatoris confirmatur.
Idem est, si filium pater emancipet. n. 67.
Et quæ ad hanc donationem requirantur. n. 68.
69 Pater donator in eadem voluntate vsque ad mortem perseue-
rasse dicitur, si tacite, vel expresse eam non reuocarit.
70 Voluntatis mutatio in patre donante filio ob benemerita, non
præsumitur.
71 Voluntatis mutatio signa in donatore quæ sint. n. 72. & 73.
74 Donatio facta filia causa dotis vt nubat, consistit. vide n. 81.
75 Donando pater filia, vt nubat, debitum potius persoluisse, quā
donasse dicitur. Et quomodo procedere dicatur illa donatio.
num. 80.
76 Donatio filio facta propter nuptias valida est, cum doti ad aqua-
ta sit.
77 Donans filia iam nupta pater, in augmentum dotis donasse
præsumitur, vt donatio consistat.
78 Dotis augmentum à pari cum ipsa dote procedit.
79 Donatio facta filia dotis nomine, etiam matrimonio non subse-
quuto an valeat.
81 Bona dotis causa data, non sequuto matrimonio, dotis alia dici
nequeunt, nisi destinatione quadam.
83 Dos dicitur etiam, & priuilegia sua habet ante matrimonium
sequutum.
84 Dotis causa quando patrem filia donasse verisimile sit, iudicis
arbitrio concedi.
85 Donatio patris facta filio, studiorum causa valet.
86 Filio grauioribus studiis aestinato, tenetur pater prestare im-
pensas.
87 Usufructum bonorum aduentitiorum filium habere permit-
tens pater, donare velle præsumitur. Adhibita tamen distin-
ctione. nu. 88. 89. 91. & seq.
90 Taciturnitas non inferi consensum, vbi de amissione iuris sui
agitur.
93 Fructus futuri sunt quid diuersum à præteritis.
95 Usufructus acquisitio habet causam successiuam.
96 Pater repudians quod sibi erat acquirendum, vt acquiratur fi-
lio, aduentitiam dicitur non profectiuam.
97 Donatio facta filio à patre principe consistit. Et quando id secū-
dum

- dum Baldum verum sit. num. 98.*
- 99 *Principem supra potestate aut regia vti voluisse non præsumitur.*
- 100 *Principes lege postitua non ligatur.*
- 101 *Lex prohibens virum donare uxori, principem non ligat.*
- 102 *Donatio facta filio pro legitima, valet secundum quosdam, dissentientium relati. nu. 109.*
- 103 *Filius in potestate præsumitur.*
- 104 *Legitima sua filius creditor dicitur.*
- 105 *Legitimam præstare pater solum post mortem tenetur.*
- 106 *Dos, & legitima sunt quodammodo unum, & idem. Est tamen inter illas differentia. nu. 107.*
- 108 *Assignare filio portionem suam, pater ante mortem potest, ea tamen assignatio reuocabilis est.*
- 110 *Donare pater filio, alimentorum causa cur non potest. nu. 111.*
- 112 *Donare potest pater filio, secundum aliquos consentiendo vni ex filijs donanti fratri suo ex bonis profectiuis. A qua opinione alij dissentiant. nu. 113.*
- 114 *Donatio patris erga filium, iuramento confirmata quomodo subsistat.*

PRÆSUMPT. XXIX.

EST vera, & ab omnibus recepta illa iuris sententia donationem finitam inter patrem, & filium regulari iure non consistere. I. donationes. §. pater. ff. de don. l. 1. §. 1. ff. de donatio. l. 2. C. de inoffic. donat. & l. donationes, quas parentes. C. de donat. inter virum, & vxorē. Et eam affirmant interpretes omnes præcitat in locis. & Bart. in l. frater à fratre, num. 57. ff. de cond. indeb. & ibid. Io. Baptista à Sancto Severino, nu. 64. Iaf. l. lectur. num. 4. Crot. num. 68. Cagnol. nu. 308. & Corafius nu. 43. Parisin. conf. 16. num. 19. lib. 2. qui communem esse opinionem testatur, sicuti etiam affirmat Iulius Clarus in §. donatio. q. 8. & Ceph. in consil. 494. nu. 18. lib. 4. & idem ego ipse respondi in consil. 84. num. 10. lib. 1. Et ij quidem eam adferunt rationem, quia donatum à patre filio, profectiuum dicitur. Profectiuum autem patri statim per filium acquirunt. I. placet. ff. de acq. hæ. l. 1. ff. si à parēte quis fuerit manumiss. l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. & §. sancitum. In sit. per quas pers. nob. acq. si ergo pater donaret filio ad eundem patrem reuenteretur, atque ita reflexus ille redderet donationem inanem, & superuacaneam. Aliā rationem, hac prima reiecta attulit Iaf. in d. l. frater à fratre. in 1. lect. nu. 44. Probabilior visa mihi semper fuit ratio illa, quam considerauit Vaconius lib. 4. declaratio. iuris. c. 57. nu. 1. nempe factum id esse, ob eam vnitatem, quæ intercedit inter patrem, & filium, cum filius censeatur pars corporis patris, ex fitione quadam iuris civilis: & ob id ea ex donatione non oritur aliqua civilis obligatio, etsi nascatur naturalis sola, quæ actionem non parit, atque ita inutilis redditur donatio. Hac tamen è iuris regula, aliquot excipi solēt casus, in quibus donatio inter patrem & filium consistit.

- 1 Primus est, quando pater donat filio ob eius benemerita. Hoc sanè casu donatio consistit. Ita censuerunt Bar. in d. l. frater à fratre, num. 57. & ibidem Io. Baptista à Sancto Severino, nu. 64. Iaf. in 1. lect. nu. 44. Crot. nu. 76. Cagnolus nu. 319. & Corafius nu. 49. Idem affirmant Decius in l. si donatione, num. 6. C. de colla. Iulius Clarus in §. donatio, q. 8. & alios cōmemorat Rol. in cōsil. 98. nu. 44. lib. 1. Quæ sanè sententia etsi receptissima sit, non tamen nec iure, nec ratione probatur. Nam primum argumentum, quod ducunt Doctores à tex. Auth. vnde si parens. C. de inoffic. testam. qui desumptus est ex Nouella 103. de immens. donatio. est admodum leue. Etsi enim admittit Iustinianus donationem à patre filio factam, quando immanis non est, & alij filijs suis non fraudantur portionibus, non tamen concedit Iustinianus

donationem suam consistere ob id quod filij benemerita præcesserunt. Quocirca rectius intelligere possumus, donationem illam valere, cum patris morte, vel aliō modo iure permissio, confirmata est. Non etiam quidquam vrget argumentum sumptum à donatione inter virum, & vxorē, ad donationem inter patrem & filium, iuxta l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vx. vt quemadmodum donatio facta inter virum, & vxorē regulariter est prohibita. l. 1. ff. eo. de don. inter virum, & vxor. attamen valet, quando fit ob vxoris benemerita. l. quod autem. §. si vir. ff. eo. & tradunt Curt. Sen. in consil. 67. col. 1. Iaf. in l. ex hoc iure, num. 55. ff. de iustitia & iure. & in l. si pater. col. 1. C. de inoffic. testam. Dec. in l. si donatione, num. 8. C. de collat. & Roland. in d. consil. 98. num. 44. lib. 1. Ita etiam donatio à patre filio benemerito facta valet. Non inquam vrget hoc argumentū, si quidem non licet argumentari, ab illa donatione facta à marito vxori, ad hanc factam à patre filio, nisi certis casibus & cum eadem adest ratio, quæ cessat hoc in casu. Nam donatio illa inter virum, & vxorē non standit matrimonio non valet, neque mutuo amore, etiam honesto, se inuicem spolient, donationibus non temperantes, sed profusa erga se facilitate abutentes. d. l. 1. ff. de donat. inter virum, & vxor. vel vt idē Vlpian. in l. 3. subiungit, ne quæ cōcordia precio cōciliari videatur, neue melior in paupertatem incideret, & deterior ditior fieret.

- 2 Vel (vt existimauit Plutarc. in problematē 7. cuius ad rememiniit Corafius lib. 5. miscella. iuris. c. 1. num. 2.) quod viliissimum est benevolentia signum donatio, dant enim & alieni, & qui non amant. Hæ rationes cessant, quādo maritus ob benemerita vxori donat, cum non donare, sed debitum persolvere dicitur. Est sanè donatio quæ remuneratoria accepti beneficij merces. l. Aquil. regulus. ff. de donat. & l. sed et si. §. consilui. ff. de petit. hæred. & scribunt congesti à Claro in §. donatio. q. 3.
- 3 Porro diuersa est ratio, non permissa donationis patris erga filium, vt diximus supra, & quæ quidem ratio non cessat etiam ob benemerita, vt dicemus infra. Et præterea nulla filij benemerita erga patrem (vt mox ostēdemus) considerari possunt, & propterea non licet hoc in casu argumentari à donatione ipsa ad hanc patris erga filium. Non etiam ad rem multum pertinet tertium argumentum, quod ducunt Doctores à donatione facta à milite quæ concubinae, quæ etsi regulariter non valet. l. 2. C. de donat. inter virum, & vxor. consistit tamen ob concubinae benemerita. l. miles. in princ. vbi Ripa num. 10. ff. de re iudic. & tradunt Castr. in l. donationes. ff. de donat. Anch. in consil. 247. Dec. in consil. 132. & Afflict. in decis. 172. Nam facile diluitur hæc argumentatio, cum ob concubinae benemerita, quæ consideratione digna lex existimauit, cesset ratio illa spoliationis militis, quæ lex eam donationem prohibuit. d. l. 2. donando enim miles ob benemerita, debitum (vt diximus) soluit. Id quod non contingit in patre, qui filio nil ob benemerita debet. Etsi quid deberet, id totum sibi reacquiretur. Quocirca etsi hætenus extitit nemo quod sciam, qui à receptissima opinione dissenserit, crediderim nunc saltē dubiam illam reddi. Et hoc quidem eo argumentato, quod nulla quæ considerari possunt merita filij erga patrem, quæ digna sint mercede, & recompensatione. Nam 12 merita quæ illa esse dicuntur, quando quis sua sponte aliquid facit, vel præstat, ad quod non tenetur. D. Thom. in 1. 2. q. 7. art. 5. ad primum. Non enim de me benemeritus dicitur ille, qui quæ mihi debebat numeravit, sed benemeritus is erit, qui sua liberalitate aliquid donauit.
- 13 Porro cum omnia patri debeat quæ filius, de patre dici non poterit benemeritus, quamquam omnia quæ ab homine possunt præstari, in patrem conferret: Cum ad omnia erga patrem tenetur filius, si spectemus externa opera, & obsequia quæ reuerentiæ appellamus, ea præstare patri

re patri tenetur filius iure ipso diuino, vt in lege Deut. 1. & Exodi cap. 20. honora parentes, vt sis longeuus. Et mox Platonis ac Aristotelis auctoritate confirmabitur. Si etiam opera respectu alimentorum consideramus, eadem quoque filius tenetur patri præstare. l. 1. §. parens. ff. de liberis agno. quo loci Bart. existimauit, iure gentium ita sancitum, & idem Bart. in l. 1. §. ius naturale, num. 6. ff. de iust. & iure. & ibid. Castr. num. 12. Alij vero iure naturæ, sic statutum censuerunt, vt Alphonsus de Castro in lib. 2. de iusta hæret. punitio. ca. vlt. Didac. Conar. in Epitome de sponsalib. in 2. part. c. 8. §. 6. num. 4. & manifestè probat l. vlt. §. filij autē. C. de bonis quæ liberis. Et huc pertinet quod egregie scriptum reliquit Aristoteles lib. 1. Oeconom. cap. 3. his verbis. Maximeque in homine id conspicitur, quod non essendi causa solum, verum etiam bene essendi, mas, & femina, opemutua coniungitur, filiosque procreant non solum vt iud nature tributum sentant, verum etiam vt commodum exinde suscipiant. Valentes enim ipsi, imbecilles suo labore, & alunt, mox imbecilles ob senium facti à valentibus eadem reportant. Hæc ille, cui ad scripturatur Xenophon in œconomico his verbis. Mihi profecto videtur Deos ipsos multa quidem sapientissimè, tum præsertim iugum hoc (matrimonium appellat iugum Xenophon) instituisse.

- 1 Primum quidem ne animantium genera deficerent: deinde vt haberemus ea, quib. nostra senectus aleretur.
- 17 Si deinde consideramus reliqua opera, quibus patrius vita sustentetur, & defenditur, ea multo magis præstare debet filius, alioqui vt ingratus quæ hereditarij à patre potest, sicuti quando captiuum patrem filius non redimit, vel furore mentis insaniam laborantem, vel ægritudine languentem, ei opem non fert, sicuti statuit Iustina. in Saliud quoque capitulum, in Auth. vt eum de appell. cognō. Hæc omnia, quæ enumeramus, si præstabit filius, de patre benemeritus dici non poterit, cum iure illa præstare tenetur.
- 18 Quinimod si quando ferret necessitas, pro patre filij mortem oppetere, iura diuina, & humana cogere, memoriam proditum est à M. Cicerone in oratione pro Sex. Roscio Amerino, cuius verba ad scripsi. Etenim (si id quod præclarè à sapiētibus dicitur) vultu sapè laudatur pietas, quod supplicij satis acre reperietur in eū, qui mortem obtulerit parenti, pro quo morti ipsum, si res postulare, iura diuina atque humana cogebant. Et demum filium omnia, quæ ab homine homini possunt præstari,
- 19 patri debere, scriptum reliquit diuinus Plato li. 34. de legib. Dialogo quarto, his verbis. Ergo fas est patribus, prima, & maxima debita, omnium antiquissima debitorum persolvere. Putare enim quisque debet omnia, quæ possidet, eorum esse, qui genuerunt, & educarunt, ita vt illis hæc omnia pro viribus ministrare debeat, primum quidem externa bona, deinde etiā corporis, postremo, quæ ad animum pertinent. Hæc omnia videlicet mutuo data persolues, & pro curis, doloribusque precibus parentum in senectute vices reddens, quando maxime indigent. In verbis quin etiam per totam vitam parentes venerari maxime decet. Hæc Plato. Et Platoni præceptor subscribens discipulus Aristoteles in lib. 8. Et hic. vlt. sic locutus est. Neque enim in omnibus est, vt in honoribus erga Deos, aut parentes, nemo enim vnquam dignum reddere potest. Sed qui quoad potest, obsequitur, bonus & æquus esse videtur. Quapropter constat, patrem quidem non licere filio abdicare, filium autem patri licere. De bentem enim reddere oportet. At quicquid egerit, nihil vnquam ijs dignum fecerit, quæ à patre suscipit. Quare semper debet. Quibus autem debetur, potestas est dimittendi, iugur & patri. Et idem Arist. lib. 1. magnorum moralium. num. 34. ita scriptum reliquit. Ad filio erga patrem, & seruo erga dominum, ius vltimum non

esse videbitur. Neque. n. pueri meo aduersum me, neq. manui, neq. tidē alicui membro, similiter igitur habere videbitur, & filius erga patrem. Ex Aristotelis quoque sententia, quam sup. commemorauimus scripsit D. Thom. post tertiam partē summa, in q. 14. art. 4. filium reddere non posse æqualiter quod patri debet, & patrem nūquam effici filij debitorem. His fit, vt concludamus, nullo esse benemerita filij erga patrem. Et si illa admittimus, eaque iudicamus digna mercede, & præmio, illud totū ius, illudque præmium reacquiretur patri, & proinde concludendum est rationem impeditiuam donationis patris erga filium, ob stare filio benemerito, ne ei adhuc donare possit pater.

- 2 Cæterum admissa recepta in interpretum opinione, patrem scilicet donare posse filio benemerito, dubitari cōtingit, qualia esse debeant hæc benemerita? Et ex omnium sententia dicendum est, quod debere æquivalere rei donationi. Ita sanè scribunt Barto. in l. si quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuss. Decius in l. petens, num. 16. C. de pactis, & in l. si donatione, num. 16. C. de collat. Ruin. in consil. 60. num. 16. lib. 3. Lupus in rub. ext. de don. inter virum, & vxor. §. 50. num. 29. Chaffaneus in consil. 7. num. 11. Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo, donatione, numer. 80. C. de reuoc. don. Io. Corafius, in l. frater à fratre. §. quæ sitū, nu. 51. ff. de condic. indeb. & Iulius Clar. in §. donat. q. 3. ver sic. sed nunquid idem ego respondi in consil. 12. numer. 13. lib. 2. Idem scripsit Mascardus in conclus. 186. Et huius traditionis ratio est, quia seruitij meritū excedi non oportet. c. relatum, de test. Et accedit, quod quando aliquid est permissum quod aliquam ob causam, permissum id censeatur, quatenus causa illa vrget, & non ultra, sicuti quando concessum est minori necessitatis causa alienare bona immobilia, intelligitur ei hoc licere, quatenus vrget necessitas, & non ultra. l. magis putō. §. item prator. ff. de reb. eorum. Et similibus de casibus extant plura, vt in l. senatus. ff. de officio Præsid. l. 1. in ff. de ferijs, in l. sed et si restituitur. §. sed et si dies. ff. de iud. in l. vlt. vers. quare & ff. de exercitio acti. & c. quod pro necessitate. l. q. 1. & tradunt Bart. in l. 1. §. nunciatio. num. 28. ff. de oper. noui nunc. Corn. in consil. 83. in fin. lib. 4. Iaf. in l. qui Romanus, §. duo fratres. num. 22. vers. 2. per istam. ff. de verbor. oblig. Et huc facit vulgata illa regula, quod causam limitata limitati effectum parit. l. in agris. ff. de acq. rer. dom. quam regulam multis exornat Felin. in ca. cum ordinē. de rescip. & latis. Tiraq. in tractat. quod cessante causa cessat effectus. l. par. num. 147.
- 3 Rursus traditio hæc intelligitur, quando verè constat stat benemerita præcensisse. Nec enim sufficeret quod sola ipsa assertio patris, sicuti apertè scriperunt Barto. in l. si forte. ff. de Castr. pecul. Oldr. in consil. 236. Quidam Episcopus, col. vlt. Alex. in l. si donat. num. 4. C. de collat. & ibi Iaf. num. 3. Dec. num. 18. in fin. propriè huius opinionis Doctores commemorat. Et illis accedunt Curtsen. in consil. 67. col. 2. Marfi. sing. 616. Cremon. in singul. 137. Lup. in d. §. 50. num. 29. Chaffan. in consil. 7. nu. 9. Parisin. in consil. 88. num. 16. lib. 2. & latè Tiraq. in l. si vnquam. in verbo, donatione, num. 88. C. de reuoc. don. & Corafius in d. l. frater à fratre. §. quæ sitū, num. 52. ff. de condic. indeb. & Mascard. in conclus. 184. num. 5. Qui quidem Dec. & Corafius ex sententia Baldi in l. vlt. ff. de exercitio. & l. illud, q. 4. C. de sacrosanct. eccl. intelligunt procedere, etiam si pater in specie exprimeret filij benemerita, vt si diceret, se redemptum ab hostibus. Idem ego ipse respondi in consil. 12. num. 5. Ea est huius sententiæ ratio, quia alioqui facere fieret fraus legi, & esset semper in patris donantis potestate positum, facere vt effectum habeat donatio, quod iure permissum non est. d. l. si forte. ff. de Castr. pecul. & est tex. notab. in l. Cod. de dona. ante nup. ubi, vt videatur recepit, & ibi not. Bal. & post eum Soc. sen. consil. 66. nu. 3. lib. 1. & confert text. notab.